Quelle: https://manuscripta.at/?ID=875
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

legendo comparare. Est enim hoc opus secundum. et predicamentorum
facilis cognitio. et diffinitionum integra assignatio. et diuisionum
perfecta perspectio. et demonstrationum uerissima conclusio.
Quae res quanto difficiles atque arduae sunt. tanto perspiciorem
studiosioremque animum lectoris expectant. Dicendum est
quod in omnibus his libris euenit. Nam siquis sit primum intentio cog
noscatur. quoque multas inde peruenire possit expendere. Et li
cet ex ea multa. ut sit in huius modi libro sequamur: tamen illa
prime uidentur habere utilitatem. ad quae ei referre intentio.
ut in hoc ipso libro quem supra scripsimus exponere. Cum ei in
tentio sit ad predicamenta intellectum facilem comparandi.
non est dubium quin hae ei principalis phes utilitas. licet non mo
ris sint comites. diffinitio. diuisio. ac demonstratio. Quae nos
quedam hic principalia suggerunt. Sensus autem huius modi
est. Cum sit inquit utilis generis speciei differentiae propria acci
dentia que cognitio ad predicamenta aristotelis eique doctrinam ad
diffinitionum etiam assignationem et diuisionem. demonstra
tionemque. que sit harum rerum utilis uberrimaque cognitio.
compendiosam inquit traditionem faciens. ea quae ab antiquis
large ac diffuse dicta sunt. temptabo breuiter apire: Neque enim
esset compendiosa. nisi totum corpus breuitate constringeret.
Et quo introductionem scribebat. altiores inquit questiones
refugiam sponte. Simpliciores autem medioceriter contectabo. id est
simpliciorum questionum obscuritates habitu uiae quadam
contextura innotinatione tractabo. Tota quidem sententia
huius operis talis est. quae simplicitate uberrima et facilitate in
cipientis animo blandiatur. Et dicendum uidetur quod non celeriam
plus altitudo sermonum. Necessarium in latino sermone
sicut ingreo ἀναλογία. plura significat. Diuersa enim
significatione marcus nullum dicit necessarium suum esse ali
quid atque nrm. cum nos necessarium esse dicimus ad forum de
scendere. Qua in uoce quedam utilitas significatur. Alia quo
que significatio est qua dicimus. solem necessarium esse mouere